

De 316 a



J. Giedemiller  
1884.



material  
aufmerksam  
erlesen



ISAGOGE  
IN  
LINGVAM ARABICAM  
AD DVCTVM  
PRAESTANTISSIMORVM GRAM-  
MATICORVM  
RECOGNITA ET AVCTA  
A  
CHRISTOPHORO CELLARIO.


---

CIZAE  
Sumtibus Io. Bielckii exscripsit Fr. Hetstedius  
Anno M DC LXXXVI.





Edwardus Pococke, Oxoniensis,  
Orat. de Poesi Arabica.

**M**onent ipsi Arabes, esse Gramma-  
tican  Disciplinarum  
sal, cuius nimia aspersio, cauendum  
est, ne palatum exulceret.



# GRAMMATICAE ARABICAE

## CAPVT I DE LITTERIS ET LE- CTIONE.

### Litterarum Arabicarum

	Forma	Nomen	Valor		
Simplex.	Connexa in medio.	Finalis absoluta.	Finalis connexa.		
ا	ا	ا	ا	Eliph	N
ب	ب	ب	ب	Be	B
ت	ت	ت	ت	Te	T
ث	ث	ث	ث	Thfe (The)	T blæfum. (θ)
ج	ج	ج	ج	Gfim (Gim)	G Gall. al. G
ح	ح	ح	ح	Hha	h
خ	خ	خ	خ	Cha	χ
د	د	د	د	Dal	D
ذ	ذ	ذ	ذ	Dhfal (dhal)	D blæf. (al, d)

ر	ر			Re	R
ز	ز			Ze ( <i>Zain</i> )	Z
س	س	س	س	Sin	S
ش	ش	ش	ش	Schin	Sch
ص	ص	ص	ص	Sad	ʃ (ʃ)
ض	ض	ض	ض	Dad	ʃ blaf. (D)
ط	ط			Ta	T
ظ	ظ			Da	D
ع	ع	ع	ع	Ain	ʔ
غ	غ	غ	غ	Gain	G
ف	ف	ف	ف	Fe	F
ق	ق	ق	ق	Cquaf	P
ك	ك	ك	ك	Kef	K ʔ
ل	ل	ل	ل	Lam	L
م	م	م	م	Mim	M
ن	ن	ن	ن	Nun	N
و	و	(consona)		Wau	W
ه	ه	ه	ه	He	H
ي	ي	ي	ي	Ie	J

Λ 3

Va-



## Varius Ductus & Connexio.

Sunt & alia quædam earundem litterarum figura, nempe — est *m*, & *ش*, *ث*, sed hæ rarius vsurpantur. *Je* finale sæpe reflectitur ita *ي*, præsertim in Particulis *في*, id est *في*, *علي* id est *علي*, *هي* id est *هي* vel *هي* &c.

*Lam* se ad *Elif* accommodat extra connexionem ita: *لا* vel *لا*; in connexionem hoc modo *لا*: Pariter ad *ح*, nempe *ح*, quod idem est, ac *ح*: & ad *Mim* sic *ل*, & in connexionem *ل*: & ad *ك* hoc modo, *ك* id est, *كل* &c.

*Mim* circulari & rotundo ductu pluribus accommodatur litteris, e. g. *ق*, *ع*, *ك* & connexum *ق*, *ع*, *ك*, *ق*, *ع*, *ك*, *ق*, *ع*, *ك*, *ق*, *ع*, *ك*, *ق*, *ع*, *ك* &c. quibus in fine cauda, addi potest h. m. *ق*, *ع*, *ك*, *ق*, *ع*, *ك* &c. Dilatantur ornatus causa quædam litteræ ad spatium complendum, vt *ا*, *ب*, *ن*, *ل*, & reflexum *ي* vt *ي* *ي* Aliis quoque litteris interponi potest lineola, vt *ا* *ا* &c.

Litteræ *ح* *ح* *ح*, tam in fine, quam in medio, præcedentes litteras connexibiles vel attollunt, vel superne connectunt, vt *مجد*, *معج*, *لنج*, *هاج*, *الاجم*, *بضخر*, etiam *ح* *ح* *ح* &c.

Ex sinistra parte inconnexibiles sunt hæ sex *ا* *د* *ا* *و* *ن* *ر*.

Etiam *ي* finale varias connexiones præbet, vt *بي* i. e. *بي*, *لي* i. e. *لي*, *ني* i. e. *ني*, *دي* i. e. *دي* &c.

Po-



## Potestas Litterarum.

Quædam litteræ sunt dubiæ pronounciationis, vt supra in ث ن & ض notauimus: prior ibidem valor est Erpenii; posterior Maronitarum.

ن ante ب sonat *M*, vt <sup>ا</sup>عَنْبَرٌ *ambaron*: ante لَوْصِبِرٌ accipit sonum sequentis, vt مِرَابِينٌ *mirabin*, quod manuscripti libri rubra littera superscripta significant.

Diuiduntur etiam litteræ in XIV *Solares*, ث ن د ن ن ن ن ن ن ن ن ن ن ن ن, quæ sunt ipsæ Ebræorum Dentales & Linguales, *Datlenerh* & *Zafzerasch*: & totidem *Lunares* reliquas: quæ diuisio necessaria est ad lectionem Articuli ا, nempe si hic Articulus dictioni præfigitur, cuius prima littera est vna ex Solaribus, debes in scribendo Wesla ponere super Elif, & Tesdid super Solarem: in legendo autem totum Articulum absorbere, & Solarem duplicare. e. g. نَامُوسُ الرَّبِّ *namuso-rrabi*, i. e. *lex Domini*. Ante lunarem initialem solum ل in Articulo pronounciatur, sed sine Vocali, v. g. اَلْاِرْحُ *ala-lmargi super prato*, Pfal. 23,1.

☿ finale, si superne duo puncta recipit, (qualis fere est terminatio Fœminina) pronounciantur vt *T*. e. g. مَدِينَةٌ *Medinaton*, *civitas*, مَكَّةُ *Meccato*, *urbis nomen*.

Vo-

❁ 6 ❁  
**Vocales.**

Vocales tres sunt, quarum duæ cum ex situ iudicentur, singulis litteram ٲ adiunximus, vt superior inferiorue positio dignosci possit, nempe

ٲ *Fatha* A

ٲ *Kesre* E (I in fine & ante ٲ)

ٲ *Damma* O (U ante و quiescens)

Hic valor est ex sententia Maronitarum, Gabrielis Sionitæ & Ioannis Hefronitæ, qui Erpenium notant, quod Fatha per E sæpe pronunciet. His respondit ipse Erpenius in *Historia Iosephi prefixo Alphabeto Arabico*. Scilicet id voluit doctissimus Erpenius, vt Fatha (Fätha) A clarum sonet, & Damma O purum, cum ponuntur supra vltimas dictionum litteras, aut supra ططعق, & Fatha A circumflexum, si in Eliph quiescat; in ceteris Fatha ad E; Damma ad U inclinet, e. g. ٲ Kelbon, cor: ٲ cufron, *infidelitas*. Sed tironibus puto sufficere posse Maronitarum sententiam, ad quam & Cl. Hottingerus in *Gram. Harm.* maiori ex parte accedit; præsertim quod multo facilius est, nec auctoritate desituitur.

Pariter Kesre Erpenio semper est I, simplex quidem, si absolute scribitur; circumflexum & productum, si cum quiescente ٲ coniungitur, quod improbant Maronitæ p. 18. *Gram. Arab.* Sed ab Erpenii partibus plures stant, etiam Edmundus Castellus, Anglorum in orientali litteratura facile doctissimus.

Diph-

## Diphthongi.

Ad *Diphthongos* quod attinet, apud plurimos Grammaticos altum de illis silentium est: quidam aliquid analogum Diphthongis admittunt in *اي* *ai*, & *او* *au*, vt *يَعْلَمُ* *alai*, *يَوْمٌ* *iaumon*, quod doctrinæ & methodo non mediocriter inferuit. Interim plurimi contendunt v. g. *رَامِي* *rama* non *ramai*, &c. legendum esse.

## Nunnatio Vocalium.

Ad ultimas dictionum litteras geminatae Vocales hoc modo  $\begin{matrix} \text{—} \\ \text{—} \\ \text{—} \end{matrix}$  nunnantur, seu valent *an*, *on*, *in*, sed prima (nisi consonans eius sit *ā* aut *ē*) postponitur semper *ا*, sine vlllo soni augmento, hoc modo: *بَانٌ* *ban*, & sic quoque *ي* ei postpositum instar *ا* quiescit, vt *هُدَانِي* *Hudan*. Arabice Nunnatio *Tammin* vocatur, id est *تَنْوِينٌ* *apposito*, adiectio litteræ *Nun*, a *نَوْنٌ* *Návvana*, *apposuit* litteram *Nun*.

## Notæ Orthographicæ.

Sunt Hamza  $\text{ء}$   
 Wesla  $\text{ّ}$   
 Medda  $\text{~}$   
 Giesma  $\text{ع}$  vel  $\text{•}$   
 Tefdid  $\text{ء}$

*Hamza* est nota litteræ *Elif* mobilis, vel absentis, arguitque, *Elif* esse radicale, ideoque mobile, vt *أَنْ* *ان*, *سَيِّءٌ* *سيء*, &c. Si litteris *و* & *ي* superscribitur, notat illas pro *Elif* mobili positas esse.

B

Wesla

*Wesla* est nota Elif initialis quiescentis ita, vt sequens con-  
sona Giesmata cum præcedentis vocis Vocali vltima vniri de-  
beat, v. g. **قَلْبُ الْمَالِكِ** Kalbo-Imaliki, *cor regis*. Po-  
nitur autem Wesla potissimum super **ا** Articuli **ال**, Prono-  
minis **الذي** *qui*, & certorum quorundam Nominum, vt **أَبْنُ**  
*filius*, **أَسْمُ** *nomen* &c. & super **ا** initiale Verborum Impera-  
tivorum Actiuorum, & Præteritorum polysyllaborum. Hoc  
dicitur *Elif Vnionis*.

*Medda*, apponitur **واو** Elif quiescenti ante Hamza, idque  
producit; etiam loco Elif impliciti; & super abbreviaturas,  
vt **هَذَا** *cælum*, **هَذَا** pro **هَذَا**, *iste*, **بِـ** &c.

*Giesma* nota est syllabæ compositæ, perinde ac Scheua  
quiescens apud Ebræos; omnibusque litteris superaddi potest.  
Quiescentibus autem **ا و ي** minus bene appingitur, nisi  
radicales sint & naturâ sua mobiles.

*Tesdid* est nota duplicatæ litteræ, instar Ebræorum Da-  
gesch fortis. Estque vel *Necessarium*, quod adscribitur litte-  
ræ immediate ante se Vocalem habenti, v. g. **مَكَّ** &c.  
vel *Euphonicum*, cuius littera ante se habet consonam Vocali  
destitutam, quæ ob id inter legendum perit, inque eius locum  
altera pars geminatæ succedit: idque fit ab initio post Nun  
Giesmatum, vel in Vocali Nunnata latens, vt **مِنْ رَبِّهِ**  
mirrabihi, a *domino suo*, **قَلْبُ مَطْهَرٌ** Kalbom mutahharon,  
*cor mundum*: vel litteræ **ت** mediæ aut finali post **د** imponitur,  
indeque vocatur *Deltale*; aut litteræ Solari post Articulum **ال**  
adscribitur, cuius **ل** tonum suum sequenti Tesdidatæ cedit.  
e. g.

e. g. <sup>وَالِدَات</sup> *Walatta*, <sup>أَرَبَّ</sup> *Arrabbo*, & hoc vocant Tefdid  
*Lambdale*. Superferibitur autem Tefdid omnibus litteris: Er-  
 penius & Maronitæ Elif excipiunt; sed Castellus *col. 5. Gram.*  
*Harm.* ne Elif quidem excipiendum esse cenfet.

## Tonus & Distinctio.

Tonus nunquam est in vltima: Dissyllaba attollunt pri-  
 orem; Polysyllaba antepenultimam, nisi penultima produ-  
 catur per quiescentes <sup>أ</sup> <sup>و</sup> <sup>ي</sup>, aut per Tefdid, vel Giesma,  
 vel Medda: tunc enim accentus penultimam occupat.

Elif, productionis nota, interdum excidit, & in ac-  
 curate scriptis libris perpendicularare Fatha id significat, v. g.  
<sup>عَمَّان</sup> *Otmâno*, *Oermannus*, <sup>رَحْمَان</sup> *rehhmânon*, *miseri-*  
*cors*; <sup>زَمَان</sup> *Zamânon* *tempus*; <sup>سَلَام</sup> *salâmon*,  
*pax* &c.

Dictionum per Elif Vnionis coniunctarum, vltima so-  
 lum attenditur, vt <sup>بِسْمِ اللّٰهِ</sup> *bismi-llahi*.

In dissyllabis etiam quantitatis & accentus ratio habenda,  
 nec producta Vocalis cum breui confundenda, v. g.  
<sup>مَاتَ</sup> *mâta*, *mortuus est*: at <sup>مَاتِي</sup> *mâta*, *quando*.

*Distinctiones* Arabibus sunt variæ, nempe præter pun-  
 ctum crassum rubrum, quo frequentissime in MStis vtuntur,  
 habent etiam ☉, ✱, ✶, ✷, ✸, &c. iisque cum maiores,  
 tum minores incisiones, si opus est, significant.

## CAPVT II DE ARTICVLO.

Articulus **أل** Nominibus Appellatiuis additur, & quidem in vtroque tum Numero, tum Genere, cum restrin-genda sunt & ad certum quid determinanda: atque sic re-spondet Ebraeorum *He Emphatico*.

Quod si vox incipit a Solari, supra p. 5 diximus, pro-nunciacionem **ال** **ج** in illam mutari, & suam Vocalem ab-icere, & cum præcedentis dictionis Vocali vltima legi, etiamsi quiescentes **ي** **و** & **ا** (in fine præcedentis vocis) præcesserint.

*Lam* huius Articuli sæpe abiicitur sequente alio *Lam*, initiali radicali: at præcedente *Lam* Datiui, etiam abiicitur

Elif Articuli. v. gr. **الليل** *nox*, **الليل** *nocti*, **الله** *Deo*, in quibus vltimis Articulus prorsus excidit.

*Elif* Radicale post Articulum interdum compendii causa, in voce per se nota, abiicitur, vt **الله** *Deus*.

Neque status Constructionis, (*Regiminis*) neque Suffixi-onis, Articulum admittit, e. g. **عبد الله** *seruus Dei*,  
**عبد** *seruus eius*.

CA-

## CAPVT III DE NOMINE.

NOMEN *auctum* differt a *nudo* per litteras seruales, & quidem *ab initio* ن, م, س, quæ vltima nunquam sola feruit, sed additâ sociâ ad normam Coniugationis Decimæ: *in fine* ب; *in principio & fine* ن. Exempla infra varie occurrent.

### Genus Nominis.

GENVS est vel *Masculinum*, quod per se patet: vel *Fœmininum*, quod partim *significatione*, vt Nomina mulierum, regionum, vrbium, geminatorum membrorum (يد<sup>5</sup> manus, عين<sup>5</sup> oculus, &c.) partim *terminatione* feruili ð cognoscitur, quæ Masculinæ formæ, nulla mutatione facta, affigitur, vt رجل<sup>3</sup> vir, رجل<sup>3</sup> virago, mulier: طيب<sup>5</sup> bonus, طيبة<sup>5</sup> bona.

Etiam quæ terminantur in ا Elif seruale: aut in ي seruale instar Elif quiescens, Fœminina sunt, & alia quædam vsu cognoscenda, e quibus præcipua sunt أرض<sup>5</sup> terra, خمر<sup>5</sup> vinum, بئر<sup>5</sup> puteus, نيران<sup>5</sup> ignis, نفس<sup>5</sup> anima, نفس<sup>5</sup> sel, نبيذ<sup>5</sup> venus.

## Numerus Nominis.

NVMERVS Singularis (in Nominatiuo) in 2 plerumque definit:

*Dualis* in ان *ani*, vt رَجُلَانِ *duo viri*. Finales و & ي tunc mouentur, & ا feruile in و mutatur: Fœmininorum autem terminale ة mutatur in ت, vt مَدِينَتَانِ *dua ciuitates*.

*Pluralis formæ sanæ* (perfectæ & regularis) in Masculino est ون, vt نَبِيُونِ *prophetae*: Fœmininorum in ات definit, vt نَبِيَّاتٌ *prophetisse*, ex Singulari نَبِيَّةٌ *prophetissa*.

Formæ *fractæ* (imperfectorum) Pluralis potius ex Lexicis discendus est, quam ex Regulis, id quod maxime de trilitteris eorumque Fœmininis intelligendum, quibus XXII modos Plurales attribuit Erpenius, quorum potiores infra in Glossario enumerabimus: quadrilittera autem Nomina Elif quiescens adsumunt post secundam litteram, & secundum Vocales fiunt formæ مَدَاخِلٌ *vestibula*.

## Casus & Declinatio.

CASVS sunt tres, *Nominatiuus*, *Genitiuus*, & *Accusatiuus*: nam *Datiuus* & *Ablatiuus* sub *Genitiuo* latent.

Singu-



*Singularis* habet in Nominatiuo  $\text{ـ}$  on

Genitiuo  $\text{ـ}$  in

Accusatiuo  $\text{ـ}$  an

*Dualis* in Nominati  $\text{ان}$  ani

Genit. & Accusat.  $\text{ين}$  aini

*Pluralis* Sanus Masculinus Nominatiuo  $\text{ون}$  una

Gen. & Accus.  $\text{ين}$  ina

Fœmininus Nominatiuo  $\text{ات}$  aton

Gen. & Accus.  $\text{ات}$  atin

*Vocatiuus* (sine Pronomine *mi, meus*) per Accusatiuum concipitur: aut in Nominibus Propriis, & Appellatiuis Articulo determinatis, per Nominatiuum: interdum etiam, extra Articulum, per Nominatiuum, at absque Nun vocali.

Dignoscitur autem ex Interiectione  $\text{يا}$ .

## Nunnationis abiectio.

NVNNATIO, quæ in declinando præcipuas partes facit, abiicitur, manente Vocali,

1. Si vox habet Articulum  $\text{ال}$  præfixum.
2. Si sequens vox Articulum habet.



3. Si Vox in Regimine ponitur.
4. Propter Suffixa, vt كِتَابُهُ liber eius.
5. Si ex Nominatiuo fit Vocatiuus, vt يَا رَبِّ  
o Domine.

## Inuariabilia Nomina.

Hactenus de Nominibus, quæ *Variabilia* vocantur: sunt & alia *Inuariabilia*, quæ Nunnationem non admittunt, & in Nominatiuo vtriusque Numeri in Damma; in Genit. & Accusat. in Fatha desinunt, vt أسْوَدٌ *niger*. أسْوَدٌ *nigri*, nigro, *nigrum*. مَسَاجِدٌ *templa*, مَسَاجِدٌ *templorum*, *templis*, *templa*.

Sunt autem *Inuariabilia* Nomina (1) Adiectiua Positiua & Comparatiua formæ أَفْعَلٌ, vt أَحْمَرٌ *ruber*, أَكْبَرٌ *maior*, *maximus*. (2) Adiectiua terminata in أَنْ feruile, quæ Foemininum non formant in ة, vt غَضَبَانٌ *iratus*, غَضَبِيٌّ *irata*. (3) Terminata Elif feruili, vel كِبٍ feruili quiescente instar Elif, vt صَفْرَاءٌ *flaua*, ذِكْرِيٌّ *recordatio*. (4) Nomina Propria plurima, vt يَعْقُوبٌ *Iacob*, فِرْدَوْسٌ *Paradisus*, &c.

Huc pertinet etiam formatio Pluralis *fracti*, qui Nunna-  
tione

tione destituitur, & pariter, ac Sana, Diptota in Plurali sunt, quæ ex Fractis ita formantur, vt exemplo **مَسَاجِدُ** *templa*, modo ostendimus. Quorum Nominatiuus Pluralis in Damma exit, Genitiuum & Accusatiuum in Fatha formant, vt, **أَصَاغِرُ** *minores*, Gen. & Accus. **أَصَاغِرَ**, quanquam & hoc nomen perfecte, more Sanorum, in Plurali formatum reperiatur. Quod si Pluralis fractus Nunnationem admittit, integre declinatur vt Singularis, per ـ in Nominatiuo, ـِ in Genitiuo, & ـٍ in Accusatiuo.

## Status Constructus siue Regimen.

REGIMEN seu vox constructa abiicit Nun, & si est Casuale, (id est, ـ ـِ ـٍ) manet Vocalis A, I, O; si consonans (nempe **ن**) simul Vocalis eius perit, v. gr.

**بَنُوا اللَّهَ** *liber Mosis: كَتَبْتُ صُورِي*  
*fili Dei, ex Plur. بَنُونَ filii.*

Quamuis autem in priore Constructionis voce sic satis signent Arabes, vt Regimen intelligi possit: tamen sequentem vocem simul in Genitiuo Casu efferunt.

Tria Nomina, **أَبٌ** *pater*, **أَخٌ** *frater*, **حَمٌ** *focer*, quiescentem assumunt, in Nominatiuo quidem **و**, in Genitiuo **ي**, in Accusatiuo **أ**. e. g. **هُوَ أَبُو دَاوُدَ** *is est pater Davidis: رَأَيْتُ أَبَانَ دَاوُدَ* *vidi patrem Davidis.*

C

Com.

## Comparatio.

COMPARATIO fit a Positio, اء præfixo, & super primam Radicalem Giesna scriptò: terminatio est Damma. Superlativus est ipse Comparativus, sed absolutus; at Comparativam vim habet, si particula (جاء) *præ*, sequatur.

vt *أَعْظَمُ* *maximus*: *سِنُ الْمَلِكِ* *maior rege*,

## CAPVT IV DE AFFIXIS.

Quemadmodum ceteris orientalibus, ita Arabibus quoque *Affixæ* litteræ sunt, quæ integrarum particularum vices fulnient. Quæ *preponuntur*, Præpositionum, Aduerbiorum, Coniunctionum aut similibus officio funguntur: *postpositæ* Pronominum, perinde ac apud Ebræos, partes implent. De vtraque classe distincte agemus.

### Præfixa.

أ interrogantis & vocantis, vt *أَلَا* *nonne?* *أَيُّوسُنِي* *lo-  
sephe!* Per Fatha affigitur.

ب in, cum instrumenti, *per*, sicut apud Ebræos, *per*  
Kefre adhæret. e. gr. *بِالْمَسْجِدِ* *in templo* (quanquam  
sapius particula *فِي* *in* adhibetur, vt *فِي* *الْهَيْكَلِ*  
*in templo*, Luc. II. 46) *بِسَيْفِي* *sum gladio*, *بِأَبِي*  
*per patrem meum*.

ت

ت cum nomine Dei *invandi* vim habet, vt تَاللّٰه per  
Deum. Eandem formulam cum ب etiam efferunt,  
بِاللّٰه per Deum.

س post, per Fatha, Futurorum proprium: Quod enim  
Orientales Præsenti Tempore carent, eiusque loco  
Futurum sæpe substituunt; Arabes, cum expressius  
Futurum significandum est, س præponunt, qua  
littera a Præsentis notione remouetur, & soli Futu-  
ro adstringitur. v. g. سَيَنْصُرُ *adiuuabit*. Pro س  
interdum est integra particula سَوْفَ, ex qua litte-  
ra illa videtur desumpta.

ف ac, dein, per Fatha. vt فَاَنَا ego. Cum Impe-  
ratiuo *igitur*. Sæpe etiam redundat, præsertim ini-  
tio sententiæ.

كأ sicut, vt كَأَ Ebræorum, per Fatha. v. g. كَرَجِلٍ *sicut*  
*vir*. Sæpius vtuntur كَمَا separatim.

لِ Datini nota, vt لِرَبِّ *domino*. item ad, propter, vt  
Ebræorum Lamed. Atque ita Kesre habet. Cum  
Fatha autem vel abundat, vt إِنَّ اللَّهَ لَقَدِيرٌ v-  
tique Deus est potens: sic Deus لَفِي السَّمَاءِ in cœ-  
lo: vel, si Præterito præfixum est, vertit illud in  
Optatium. Etiam cum Suffixis Fatha amat, vt  
لِيكَ *tibi*.

و *etiam*, per Fatha. Differt a *في*, quod hoc (*Fe*) ordinem significat, ac per *deinde* etiam exponi potest: و sine ordinis respectu copulat. Etiam iurandi formulis inferuit, vt *وَرَبِّ* per *Dominum*. Accusatiuum si regit, comitatum significat siue *Cum*.

## Suffixa siue Pronomina inseparabilia.

EGO, MEVS Commun. *بِي*  
(Verbale *بِي*)

TV, TVVS { Masc. *بِي*  
Fœm. *بِي*

ILLE, SVVS { Masc. *هَ*  
Fœm. *هَا*

NOS, NOSTER Commun. *نَا*

VOS, VESTER { Masc. *كُم*  
Fœm. *كُن*

ILLE, SVVS { Masc. *هُم*  
Fœm. *هُنَّ*

Ha

Habent etiam Arabes Suffixa II & III Personæ Dualis Numeri, Communis Generis, nempe

VOS DVO VEL DVAE كُتِبَا

ILLI DVO VEL DVAE هُمَا

\* Differunt Suffixa respectu significationis, vt apud Ebræos & ceteros orientales. Nam cum Nominibus sonant *possessive*: cum Verbis & Particulis, *personaliter*.

## Modus Suffigendi.

1. Arabes inter Suffixa *Nominalia* & *Verbalia* non distinguunt, excepta I Persona Sing. quæ in Nominibus ي, في, Verbis ني postulat. Ceterarum personarum Suffixa, supra recensita, Nominibus & Verbis sunt communia, eorumque vsus ex Ebræa allisque orientalibus linguis fatis notus est.
2. Omnia Suffixa simpliciter affiguntur sine peculiari glutine, excepto ي I Personæ Sing. quod Kesre in præcedente littera requirit. vt إِلَهِ Deus meus: نِي autem Verbale regulam stricte sequitur, vt نَصْرَنِي inuit me.
3. Kesre ante Je mutatur in Fatha super ي, si hoc affigendum est terminantibus in litteras ا و ي, Vocali destitutas. vt خَطَايَا peccata, خَطَايَا peccata mea. في in me, إِلَيَّ ad me, in quibus Particulis alterum ي extruditur & per Tesdid compensatur.

\* Valet etiam, si vel ن sequatur Vocale Dualis Numeri, aut Pluralis Sani. e. gr. عَلَمَانِ duo pueri, عَلَمَائِي duo pueri mei, عَلَامِبِينَ duorum puero- rum, عَلَامِيَّ duorum puero- rum meorum, مُسْلِمُونَ fideles, مُسْلِمِيَّ fideles mei, & fidelium meorum, quia و Nominatiui Pluralis Sani mutatur in Je post Kefre, vt non differat a Casu obliquo.

4. Nun Casuale tollitur ante Suffixum: مُلْكُهُ rex eius: etiam Vocale Pluralium Sanorum, vt بُنُوكِ filii tui.
5. ة Feminina terminatio propter Suffixa mutatur in ن, vt عَمَّتُكَ amita, عَمَّتِيَّ amita tua, صَلَاتِيَّ pre- catio mea.
6. Elif finale otiosum post و seruire tollitur in suffixione, vt حَارِبُونِي oppugnarunt me.
7. Terminatio Verbalis II Plur. Præt. تُمْ assumit و ante Suffixa. e. g. فَصَرْتُمُوهُ adinuistis eum,
8. ة & ة, & huius cognatum Femininum هُنَّ ac Dua- le هُمَا, Damma in Kefre mutant ob antecedens vel Kefre,



Kesre, vel **ي** Vocali destitutum. vt **مِنْ رَبِّهِ**, a Domino suo, **فِيهِ** in eo, **عَلَيْهِ** super eo.

## Suffixio irregularis.

Tria Nomina **أَبٌ** pater, **أَخٌ** frater, **سَوْمٌ** socer, ante suffixa quiescentem assument, in Nominatio **و**, in Gen. **ي**, in Accus. **ا**, vt **دَمُ أَخِيكَ** pater tuus, **وَلَدَتْ أَخَاهُ** peperit fratrem eius. Excipe I Personam Singularis, vt **أَبِي** pater meus, quæ regularis est.

A **نِي** Verbalis I Personæ suffixo interdum **ي** abiicitur, vt **أَنْصُرُونِي** adiunate me.

## Paragoge.

PARAGOGE Arabibus vix alia est, quam littera **و**, quæ soli Futuro accidit, cum rem futuram quodammodo petit, quod fit interrogando, imperando, vel optando. (De **م** vide Cap. sequente n. 2.)

NVN Paragogicum duplex est, *Grane*, cui Fatha & Tefdid imponuntur, & omnibus Futuri Personis, Generibus, ac Numeris adherere potest: vt **هَلْ تَنْصُرُونِ** an adiunabis?

Et

Et *Leue*, quod Giezma habet, & tantum Singulari Numero toti, ac Personis in Plurali Masculinis & Communi, adiungitur, exceptis Fœmininis Pluralibus, vt & toto Duali Numero. e. g. <sup>و و و</sup> يذصرون *innabunt*.

Vtrumque tertiæ radicalis Damma in Fatha mutat: at ante augmenta Nunnata, II & III Pluralis Numeri, Damma manet, abiecta syllaba **ون**: Fœmininæ Plurales in **نَان** exeunt, radicali vltima Giezmatâ,

## CAPVT V DE PRONOMINIBVS SEPARATIS.

Postquam de *Affixis* Pronominibus actum fuit; de *Separatis* etiam agendum erit. Sunt autem,

### I Personalia

<i>Singular.</i>	<i>Plural.</i>
EGO أَنَا Commun.	NOS نَحْنُ
TV { <ul style="list-style-type: none"> <li>Masc. أَنْتَ</li> <li>Fœm. أَنْتِ</li> </ul>	VOS { <ul style="list-style-type: none"> <li>Masc. أَنْتُمْ</li> <li>Fœm. أَنْتُنَّ</li> </ul>
ILLE هُوَ	ILLI هُمْ (connex. هَمَّ)
ILLA هِيَ	ILLAE هُنَّ

\*EST

\* Est etiam *Dualis Numerus* II & III *Persona*,

VOS DVO أَنْتُمَا

ILLI DVO هُمَا

Deinde *Affixa Personalia* separatim quoque *Verbis* apponi possunt, præfixo أَيَّا; vt أَيَّاهُ me, أَيَّايَ illum, أَيَّاهُمُ eos. Sic ضَرَبَ أَيَّاكَ idem est quod ضَرَبَكَ verberavit te.

## II. Demonstratiua.

*Singul. Masc.* HIC هَا

*Fœm. HAEC* { هِيَ، نَهِي، نِي  
هِيَ، نَهِي، نِي

*Plural. Commun.* HI, HAE أُولَئِكَ، أُولَئِكَ Erpenio ex alia

forma; at Kirstenio analogice هِي، هِي، هِي  
He.

\* Est & *Dualis*, HI DVO هَاتَانِ & هَاتَانِ

Hoc vocatur *Demonstratiuum propinqui*, quod per HIC exponitur: est etiam *Demonstratiuum remoti*, quod fit adiecta littera كَ, vt mox in *Compositis* dicemus.

D

Compo-

*Compositum* Demonstratiuum est vel *initio* auctum, nempe

Masc. هَذَا HIC ex Ebr. הַזֶּה factum, aut ex הָ eiecto א, vnde etiam Fatha perpendicularare habet.

Fœm. هَذِهِ & هَاتِي HAEC;

vel auctum *sine*, vL

Masc. ذَاكَ ILLE

Fœm. تَاكَ ILLA,

ante quod ك non raro assumitur J epentheticum cum

Kefre, vt dicatur ذَاكَ, cui quoque accedere potest م pa-

ragogicum, sic ذَالِكُمْ

\* ك etiam additur Duali & Plurali ex ن supra indicatis.

### III Relatiuum

RELATIVVM proprie vnum est, quanquam etiam Interrogatiua interdum relative significant, de quibus sequenti num. IV agemus. Quod proprie tale est, subiungimus, in quo Fœmininum ن in ت conuertit, nempe

Sing. QVI الَّذِي

Plural. QVI الَّذِينَ

QVAE أَنَّنِي

QVAE أَنَّنِي

Dua-

Dualis rarior { Mase. **الذَّانِ** QVI DVO  
 { Fem. **الذَّانِ**

Relativum hoc non patiens est Præfixorum فكلو, & obli-  
 quis eius Casus suppletur per Suffixum sequentis No-  
 minis, vt in aliis linguis Orientalium. Vide Canon,  
 Idiotismor. XXIII.

## IV Interrogatiuum.

INTERROGATIVVM { *Personæ* **مَنْ** QVIS? QVI? QVAE?  
 { *Rei* **مَا** QVID? QVAE?

quæ etiam relatiue significant *is qui, ii qui; id quod, & id*  
 genus cetera.

Nomen Substantiuum **أَيَّ** ponitur saepenumero pro  
 interrogatiuis *Quis? Qualis?* sequente Nomine secundi Ca-  
 sus, vt fit in rectione Substantiuorum, v. g. **أَيَّ كِتَابٍ** qua-  
 lis liber;

\* POSSESSIVA separata non habent Arabes, sed per  
 Suffixa inseparabilia significant, vt ex Cap. præceden-  
 te apparet:

RECIPROCA per **نَفْسِ** *anima*, cum Affixis, perin-  
 de ac Syri, eleganter describunt. v. gr. **أَحْبَبْتُمْ**  
**نَفْسَكُمْ** *dilexistis animam, vestram, hoc est vos*  
*ipsos.*

D

CA

# CAPVT VI DE VERBORVM FOR- MATIONE.

Coniugationes sunt XIII Actiuæ, & XI Passiuæ, de quibus infra distincte.

Prima *Pháala* simplicissima est, habens tria Fatha, (interdum media Vocalis est Kesre, rarius Damma) & secundum hanc omnes reliquæ Coniugationes, tum Actiuæ, tum Passiuæ, flectuntur, ita vt in numero minime fit crux tiro-nibus figenda.

Reliquæ XII distribuuntur in tres classes, quarum *prima* vnum characterem (i. e. litteram seruilem, vel Tefdid) addit Radici: *secunda* duos: *tertia* tres.

Ordo omnium tredecim Actiuarum Coniugationum talis est cum suis characteribus Radici *فعل* adiectis:

classis		classis		classis	
III		II		I	
استفعل 10		تفعّل 5		فَعَلَّ 2	
أفعلّ 11		تفاعّل 6		فَاعَلَّ 3	
أفوعّل 12		أفعلّ 7		أفَعَلَّ 4	
أفَعَلَّ 13		أفَتَعَلَّ 8			
		أفَعَلَّ 9			

Non

Non autem omnes Coniugationes sunt eiusdem necessitatis. Notentur itaque præ ceteris

- |     |                               |                |
|-----|-------------------------------|----------------|
| I.  | quæ $\text{m}$ Kal respondet, | <i>Pháala</i>  |
| II. | (Piel vel Paël)               | <i>Phaála</i>  |
| IV. | (Hiphil, Aphel)               | <i>Aphala.</i> |

quibus *Quintam* addo, quæ  $\text{S}$  præponit Coniugationi Secundæ:

Et *septimam*, quæ syllabam  $\text{ذ}$  præponit Primæ Coniugationi:

Et *Octavam*, quæ  $\text{f}$  præponit, ac inter primam & secundam Radicem  $\text{C}$  interponit.

Reliquæ sunt inusitatior.

Quadrilittera Verba quatuor Coniugationes agnoscunt, quarum prima primæ, secunda quintæ, tertia septimæ, quarta nonæ respondet. e. g. vt

$\text{ذ}$   $\text{ر}$   $\text{ه}$   $\text{و}$   $\text{ك}$  *inclinanit caput*,  $\text{ذ}$   $\text{ر}$   $\text{ه}$   $\text{و}$   $\text{ك}$  *superbinit*,  $\text{أ}$   $\text{ح}$   $\text{ر}$   $\text{ج}$  *tumultuatus fuit*,  $\text{أ}$   $\text{ش}$   $\text{ع}$  *horripilauit*.

Modos & Tempora totidem Arabes habent, quot Ebraei, *Optatiuus & Coniunctiuus* non nisi Particulis Indicatiui præfixis, *Si, Vinam, Vi,* & id genus aliis, significantur.

*Plusquamperfectum* fit, si Præterito præponitur Verbum Substantiuum  $\text{ك}$   $\text{أ}$  *fuit*, vti Syris  $\text{ك}$   $\text{أ}$  Præterito eiusdem significationis causa postponitur. e. g.  $\text{ك}$   $\text{أ}$  *serberauerat.*

## Formatio Præteriti.

Addit Sing.

Plur.

3. F. ت

3. M. وا F. ن

2. M. ت F. ت

2. M. تُم F. تُم

1. C. ت

1. C. نا

\* Giesma in II & I Personis arguit absentiam Vocalis in tertia Radicali. Conuenit itaque cum Ebræo, nisi quod pro I Sing. ت est ت: pro I Plur. نا, est Chaldaice ننا; pro II Plur. تُم &c.

*Dualis Numerus*, qui rarus est, in II & III Persona occurrit, & in tertia quidem Persona Masc. solum addit tertiae Singulari; vt Masc. دَعَلَا, Fœm. فَعَلْنَا: in secunda Persona Communis forma est دَعَلَا, vt فَعَلْنَا duo (vel due) operari estis.

Exemplum, exclusis Fœmininis Personis, fit hocce;

Sing. 3. فَعَلَّ

Plur. فَعَلُوا

2. فَعَلْت

فَعَلْتُم

1. فَعَلْت

فَعَلْنَا

Futu-



# Futurum.

Litteræ **כ** *Formativa* heic sunt eadem, quæ apud Ebræos, & singulæ habent Fatha, exceptis II & IV Coniugationibus, vt & Passiuis, in quibus est Damma.

Personæ, quæ augmentum finale non admittunt (Sing. I, & III & II Masc. & I Plur.) vltimæ Radicali Damma apponunt in omnibus Coniugationibus: mediæ itidem in I Coniug. Damma, si ea in Præterito Damma habuit: si Kefrata fuit in Præterito, Fatha in Futuro accipit, quod itidem fit propter mediam vel vltimam Gutturalem: si denique Fatha fuit in media Præteriti, Futurum vel Damma vel Kesre habet, quod ex vsu obseruandum est, & ex Lexico Goliano, accuratissime mediam Futuri in singulis Radicibus determinante.

Typus autem **F V T V R I** in Masc. & Communibus Personis est eiusmodi:

Sing.	אֶכְתֹּב	1.	Plur.	נִכְתְּבוּ
£	תִּכְתֹּב	2.		תִּכְתְּבוּן
	יִכְתֹּב	3.		יִכְתְּבוּן

*Femininum* addit II Singulari **יִכְתֹּב**, II & III Plurali **יִכְתְּבוּן**, præcedente Giesma, in quod Vocalis tertiæ Radicalis mutatur: Tertia Singularis Fœm. a III Masc. differt sola formatiua **ת**, sicut apud Ebræos.

In reliquis Coniugationibus media Radicalis habet Kesre, exceptis V. VI. IX. XI, quæ Fatha postulant.

*Dua:*



*Dualis* II & III Personæ differt a Plurali harum Personarum sola terminatione **أَنْ** pro **وَنْ**, retentis formativis litteris & ceteris Vocalibus.

## Imperatiuus.

II & IV Coniugatio hoc loco est Syro-Chaldæa, nempe in II (Paël) **فَعَدَّ** **فَعَدَّ**. in IV (Aphel) **أَفْعَدَّ** **أَفْعَدَّ** &c. At in I. Coniugatione **أ** Vnionis præmittitur cum, Kesre, e. g. **أَعْلَمُ** *scito*, **أَصْرِبُ** *verbera*: nisi in penultima, (quæ talis semper est, qualis in Futuro) sit Damma: tunc enim & Elif Damma habet; sed prima & vltima semper, Giesma, vt **أَنْصُرُ** *inua*. Cadit vero **أ** Imperatiui, si prima Radicalis Vocalem accipit.

Augumenta Finalia Fœminina & Pluralis Numeri sunt eadem, quæ apud ceteros Orientales, I, U, Na, e. g. **أَسْمَعُ** *audi*, **أَشْكُرُوا** *gratias agite*, &c. Nullæ heic Vocales propter Augmentum consequens mutantur.

## Participium.

PARTICIPIA omnia habent Formativam initialem *Mim*, per Damma præfixam, & desinunt in **م**, excepto Participio

pio

pio I Coniugationis, quod Chaldaeos æmulatur, insuper Tanvyin seu Nunnatione assumpta. v. g.

I siue Peal seu Kal **فَاعِدٌ**,

II siue Pael **مَنْصَرٌ**,

IV siue Aphel **مَنْصِرٌ** &c.

Mouentur Participia vt Nomina Adiectiua per Genera & Numeros, v. g. Sing. Fœm. in **ة**, Plur. Masc. in **ون** vt noua heic expositione opus non sit.

## Infinitiuus.

INFINITIVVS Arabum potius Nomen Verbale est, & quidem Accusandi Casus, quam Verbum: estque vel Transitiuorum, formæ **فَعَلٌ**; vel Intransitiuorum, quæ iterum sunt duplicis Generis. Si enim media Præteriti Fatha- ta fuit, Infinitiuus fit formæ **فَعُولًا** *sedere*: si Dammata; formæ **سُهُولَةً** *facilem esse*: si denique Kefrata; fit formæ **فَرِحًا** *gaudere*. Irregulares formæ sunt XXVII aut plures, ta- men in **ا** vel **ة** finitæ plurimæ. vide Erpenium.

## Passiuæ Coniugationes.

Passiuum nona & undecima Coniugationes non agno- scunt; differt ab Actiuo solis Vocalibus punctis. Nam in

E

vfi-

visitationibus, I, II, IV, &c. prima Præteriti Damma, secunda Kefre habet: terminatione conueniunt cum Actiuus, vt & flexione: Futuri media Fatha habet, & Fatha formatiuarum **أَذْبَح** in Damma mutatur. In reliquis Præteritis duæ priores syllabæ Damma habent: Futurorum eadem ratio, quæ in superioribus: Participia a Futuris ducuntur, formatiuus **أَذْبَح** in **و** conuersis, quod in Prima Coniugatione Fatha, in reliquis Damma habet: in fine additur conueta Nunnatio.

## Typus præcipuarum Passi- varum.

I. (Niphal)	Præt. <b>فَعِلَ</b>	Fut. <b>يَفْعَلُ</b>
II. (Püal)	<b>فَعَّلَ</b>	<b>يُفَعِّلُ</b>
III.	<b>فُوَعِلَ</b>	<b>يُفَاعِلُ</b>
IV. (Hophal)	<b>أَفْعَلَ</b>	<b>يُفَعِّلُ</b> , vt Primæ.
V.	<b>نَفَعَلَ</b>	<b>يَنْفَعِلُ</b>
VI.	<b>نُفُوَعِلَ</b>	<b>يَنْفَاعِلُ</b>
VII.	<b>أَنْفَعَلَ</b>	<b>يَنْفَعِّلُ</b>

Atque ita reliquæ quoque formantur, caractere singularum obseruato, vt etiam regulis de mutatione quiescentium litterarum. Vari-

## Variatio Futuri.

Futuro accidunt *Apocope*, *Antithesis*, & *Paragoge*, quæ non leues mutationes inducunt: quibus & *Conuersio* adiungi potest.

I. *Apocopen* Futura patiuntur, (id est, Dam ultimæ, & seruientem in fine ن abiiciunt) signo Giesmâ ultimæ Radicali imposito, propter præcedentes Particulas <sup>لَمْ</sup> non, <sup>لَا</sup> ne, <sup>يَا</sup> imperatiuum, <sup>لَمَّا</sup> nondum, <sup>إِنْ</sup> si, <sup>مَنْ</sup> quicumque, <sup>أَيُّ</sup> idem, <sup>مَا</sup> id quod, quidquid, <sup>مَتَى</sup> quum, <sup>مَهْمَا</sup> quotiescunque, <sup>أَيُّ</sup> ubicunque, & si quæ aliæ sunt.

Ex his Particulis <sup>لَمْ</sup> non & <sup>لَمَّا</sup> nondum sunt conuersiua Futuri in Præteritum, sicut 1 Ebræorum. e. g. <sup>لَمْ يَضْرِبْ</sup> non verberauit.

\* Quod si Verbum Substantiuum <sup>كَانَ</sup> præponitur Futuro, fit ex illo *Imperfectum*, vt <sup>كَانَ يَجْلِسُ</sup> se-  
debat, quemadmodum supra pag. 27. ostendimus, idem Substantiuum Verbum, si Præterito præfigatur, Plusquamperfecti significationem Præterito inducere.

II. *Antithesis* mutat Damma tertiæ Radicalis in Fatha, & inducitur a Particulis <sup>لَنْ</sup> nequaquam, <sup>كَيْ</sup>, <sup>أَنْ</sup> &

& حَتَّى *Vi*, Coniunctione Causæ Finalis: item a Præfixis ل & ف, cum causale *Vi*, *Quò*, significant: etiam cum ف significat & *simul*. Antithesis quoque ن seruire tollit ex Plur. Masc. & Sing. Fœm.

III. *Paragoge* adiicit Futuro Fathatum Nun cum Tesdid; aut Nun Giesmatum. Tum Damma tertiæ Radicalis in Fatha mutatur, & seruiles و & ي excidunt. Diuisionem & exempla huius Paragoges supra pag. 21. 22. dedimus. Vfus autem eius est in præceptionibus, votis, interrogationibus, &c.

\* Legem de transpositione sibilantium Arabes non habent, nisi analogice, dum in VIII Coniugatione ت epentheticum mutatur in ط, si prima Radicalis est ط ط ط: aut in و, si prima Radicalis و و و fuit.

## CAPVT VII DE VERBIS DEFECTIVIS.

